



**L. Coelii Lactantii Firmiani, diuinorum institutionum,  
aduersus gentes, de falsa religione liber primus**

**Lactantius, Lucius Caecilius Firmianus**

**[Köln], [1518]**

**VD16 ZV 9338**

Quod stoici fide[m] historiarum, & poetarum figmenta inani physica ratione peruerunt, & quæ miseriæ, & turpitudines de Dijs referantur. Cap. XVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71332](#)

## LIBER I.

## XXVIII.

alter infirmior est. Robustiores enim mares sunt, foeminei imbecilliores. Imbecillitas autem non cadit in Deum, ergo nec foemineus sexus. Huic additum superioris argumenti extrema illa conclusio, ut dii non sint, quoniam in diis & foeminæ sunt.

¶ Quod stoici fidem historiarum, & poetarum figmenta inani physica ratione pervertunt, & quæ miseriae, & turpitudines de Diis referantur. Cap. XVII.

Bhas rationes stoici alio uersus Deos inter pretantur. Et quia non praevident quid sit in uero, conantur eos cum rerum naturalium ratione coniugere, quos Cice secutus de diis, ac religionibus eorum hanc sententiam tulit. Videtis ne igitur, ut a physicis rebus bene, atque utiliter inuentis tracta sit ad commentarios, ac fictos Deos: quæ res genuit falsas opiniones, erroresque turbulentos, superstitiones pene aniles, & formæ enim deorum nobis & ætates, & uestitus, ornatiusque noti sunt. Genera præterea, coniugia, cognationes omnes, omniaque traducta ad similitudinem imbecillitatis humanæ. Quid planius, quod uerius dici potest: Romæ philosophiae princeps, & amplissimo sacerdotio prædictus, commentarios, ac fictos Deos redarguit, quorum cultus superstitiones pene aniles esse testatur, falsis opinionibus, erroribusque turbulentis implicatos homines esse queritur. Nam totus liber tertius de natura deorum omnes funditus religiones euertit, ac delet. Quid ergo a nobis expectatur amplius: Num eloquentia superare possumus Cicerone: minime id quidem, sed fiducia illi defuit ignorantie ueritatem. quod ipse simpliciter in eodem opere confiteat. Ait enim

F. ii

## DE FALSA REL I.

facilius se posse dicere, quid non sit. q̄d quid sit, hoc est falsa se intelligere, uera nescire. Clarum est igitur homines fuisse illos, qui dī putantur, & eorū memoriam post mortem consecratam esse, ideo etiam aetates diuersae sunt, & certe imagines singulorum, q̄d in eo habitu, & aetate singularum simulachra configurata sunt, in qua quec̄ mors deprehendit. Consideremus (si placet) erumnas infeliciūm deorum. Isis filium perdidit, Ceres filiam, expulsa, & per orbem terræ iactata, Latona uix insulam parvam, in qua pareret inuenit. Deum mater & amauit formosum adolescentē, & eundem cū pellice deprehensum exectis virilibus semivirū reddidit. Et ideo nunc sacra eius a gallo sacerdotibus celebratur. Iuno pellices acerrime persecuta est, quia parere ipsa non potuit ex fratre. Insulam Samū scribit Varro prius Partheniā nominatā, q̄ ibi i Juno adoleuerit, ibic̄ etiā Ioui nupserit. Itaq̄ nobilissimū, & antiquissimū templum eius est Sami, & simulachrum in habitu nubentis figuratum, & sacra eius anniversaria nuptiarū ritu celebrantur, si ergo adoleuit, si uirgo fuit primo, postea mulier, hominem fuisse qui non intelligit, pecudem se satetur. Quid loquar obscenitatem Veneris oīum libidinibus prostitutæ, non Deorum tantū, sed & hominū? Hæc enim ex famoso Martis stupro genuit Harmoniam, ex Mercurio Hermaphroditum, qui est natus Androgynus. Ex Ioue cupidinem, ex Anchisa Aeneam, ex Bute Erycen, ex Adone quidem nullum potuit, q̄ etiam tum puer ab apero ictus, & occisus est. q̄ prima ut in historia sacra continetur artem meretriciam instituit, authorḡ mulierē ab apero offrīt.

eribus i Cypro fuit, uti uulgo corpore quæstum faceret.  
 Quod iccirco imperauit, ne sola præter alias mulieres im  
 pudica, & uirorum appetens uideretur. Etiam ne habet  
 hæc aliquid numinis: cuius plura numerantur adulteria,  
 & partus. Sed ne illæ quidem uirgines illibatam castitate  
 seruare potuerunt. Vnde enim putemus Erichthoniū esse  
 natum? An ex terra, ut poetae uideri uolunt, at res ipsa cla  
 mat. Nam cum Vulcanus dijs arma fecisset, eisq; Jupiter  
 optionem dedisset præmij, quod uellet postulandi, iuras  
 setq; (ut solebat) per infernā paludem, se nihil negaturū,  
 tum faber claudus Mineruæ nuptias postulauit. Hic Iupi  
 ter optimus maximus tāta religione cōstrictus, abnuere  
 non potuit, Mineruam tamen monuit repugnare, pudici  
 tiacq; defendere, tū in illa colluctatione Vulcanū in ter  
 ram pudiisse aiūt semē, unde sit Erichthonius natus. Idq;  
 illi nomen ipossum <sup>από της ορθού καὶ χθονὸς</sup>, id est ex cer  
 tamine, atq; humo. Cur igitur uirgo eum puerum cū dra  
 cone conclusum, & obsignatū tribus uirginibus Cecro  
 pidis cōmendauit: euides (ut opior) incestū, qd nullo mō  
 possit colorari. Altera cū pene amatorē suum pdidisset, q  
 erat turbatis distractus equis, præstantissimū medicū Aes  
 culapium curando iuueni aduocauit, eumq; sanatum

Secretis alma recondit

Sedibus, & nymphæ Egeriæ, nemoriq; relegat,

Solus ubi in sylvis Italij ignobilis æuum

Exigeret, uersocq; ubi nomine Virbius esset.

Quid sibi uult hæc tam diligens, tam sollicita curatio: qd  
 secreta sedes: quid relegatio uel tam longe, uel ad mulier  
 an infelix. Domine uero uerbi uerbi uerbi uerbi uerbi

## DE FALSA RELI.

rem uel in solitudinem: qd deinde nominis cōmutatio:  
Postremo qd equorū tā p̄tinax abominatio: Quid signi-  
ficat hæc oīa nisi cōsciam stupri: & amore minie virginis  
lēm. Erat plane, cur tñ laborem pro tam fideli iuuene su-  
sceperit, quia amanti nouercæ obsequium pernegaret.

**I**Quomodo refellātur ij, qui Deos esse factos ex homi-  
nibus mentiantur. Cap. XVIII.



Oc in loco refellendi sunt etiam ij, qui deos  
ex hominibus esse factos, non tantum faten-  
tur, sed, ut eos laudent, etiam glorianter, aut

Ceram frigidae Ceram frigidae  
ut Cererem ac Liberum, aut artium repertarum, ut Aes-  
culapiū, uel Mineruam. Hæc uero q̄ in epta sint, quāq; nō  
digna, propter quæ homines inexpiabiliter scelere conta-  
minent, hostesq; Deo uero siant, q̄ contēpto mortuorū  
sacra suscipiunt, ex singulis rebus ostendā. Virtutem eē  
dicūt, quæ hominē tollat in cœlum, nō illam, de qua phis-  
icis dixerunt. Iosophi dixerunt, quæ posita est in bonis animi, sed hanc  
corporalem, q̄ dicit fortitudo, quæ qm̄ præcipua in Her-  
cule fuit, imortalitatē meruisse creditur. Quis tam stulte  
ineptus est, ut corporis uires diuinum, uel etiam huma-  
nū bonū iudicet, cū sint & maiores pecudibus attributæ,  
& uno morbo s̄æpe frangant, uel ipsa senectute minuant  
& corruant. Itaq; idē, cum ille deformari ulceribus toros  
suos cerneret, nec sanari se uoluit, nec senē fieri, neq; se  
ipso minor, aut deformior uideretur. Hunc ergo, qui ui-  
uum seipsum combusserat, ascendisse in cœlum putau-  
rūt, eaq; ipsa, quæ stultissime admirati sunt, simulachris,